

1
MODESTI LIBELLVS DE VOCABV
LIS REI MILITARIS AD TACITVM
A V G V S T V M ::

R Es militaris in tris diuiditur partes: equites:
pedites: & classes. Equitum alas dicunt eo quod
ad similitudinem alarum/ab utraque parte pro/
tegant acies/que Vexillationes uocantur/ a Ve
lo/quia uelis/hoc est flammulis utantur. Est & aliud
genus equitum qui Legionarii uocantur / propterea quod
connexe sint legioni. Verum ipsi pedites: in duas diuisi
sunt partes: hoc est in legiones et in auxilia. Auxilia a lo
cis uel federatis gentibus mittebantur. Legio autem ab
eligendo appellata est/quod uocabulum eorum delide
rat fidem atque diligentiam qui milites probant. Produ
cendi uero Tyrones sunt semper ad capum/ & secundum ma/
tricule ordinem in aciem dirigendi / ita ut primo sim/
plex & extensa sit acies / ne quos sinus/ne quas habeat
curuationes/sed equali legitimoque spatio miles distet a
milite/ & precipiendum ut subito duplicent aciem / ita
ut in ipso impetu/ is ad quem respondere solet ordo ser
uetur. Tertio precipiendum/ ut quadratam aciem repen
te constituent: Quo facto in Tyronium quem cuneum
uocant/acies ipsa uertenda est/que ordinatio plurimum
prodesse consuevit in bello. Auxiliares cum ducuntur
ad prelium/ex diuersis locis & ex diuersis moribus ue
nientes nec disciplina inter se/nec noticia/nec affectioe
consentiunt/ & alia instituta/ & alius inter eos est usus ar
morum. Necesse est autem tarde ad uictoriam perueni
re/ qui discrepant/ antequam dimicent. Legionibus semper
auxilia tanquam leuis armatura in acie iugebantur/ ut in iis
preliandi magis adminiculum esset/ quam principale subsi
dium. In omnibus auctoribus inuenitur singulos consu
les aduersum hostes copiosissimos non amplius quam binas

Alae

Vexillationes

Legiones

Auxilia

Auxilia

Matricu

Tyronium

Cuneus



una legione
eae cohortes

prima

quila praecipuum
signu

secunda

tertia

quarta

quinta

Acies prima

Sexta

Septima

Octava

Nona

Decima

Legio ex quot
militib) constat

duxisse legiones/additis auxiliis lociorum/tanta in illis
erat exercitatio/tanta fiducia/ubi cuius bello due legio
nes crederentur sufficere posse. Sciendum est enim in
una legione/decem cohortes esse debere. sed prima co
horts reliquas & numero militum & dignitate precedit
Nam genere atq; institutione litterarum uiros electissi
mos querit. Hec enim suscipit Aquilam/que praecipuum
signum in Romano est semper exercitu/& totius legio
nis insigne: Imagines Imperatoru: has enim imagines
tanq; diuina & presentia signa singuli uenerantur. Habet
pedites mille. c. v. Egtes loricated. cxxxii. & appellatur
cohors miliaria: hec caput est legionis. Ab hac. n. cum
cum pugnandum est/prima acies incipit ordinari. Se
cunda cohors habet pedites. d. lx. Equites. lxxvi. & appel
latur. Cohors Quingentaria. Tertia cohors similiter ha
bet pedites. d. lx. Equites. lxxvi. sed in hac cohorte tertia
ualidiores & pbati milites/qui in media acie consistant
Cohors quarta habet pedites. d. lv. Equites. lxxvi. Cohors
quinta habet pedites. d. lv. Equites. lxxvi. Sed quinta co
horts strenuos desinerat milites. quia sicut prima in de
xtro/ita quinta in sinistro ponitur cornu. Hec quinque co
hortes in prima acie ordinatur. Sexta cohors habet pe
dites. d. lv. Equites. lxxvi. In prima quoq; nucleati ascribē
di sunt iuniores. ga in secunda acie post aquila & imagi
nes cohors sexta consistit. Cohors septima habet pedites
d. lv. Equites. lxxvi. Cohors octava habet pedites. d. lv. Eg
tes. lxxvi. sed & ipsa animolos desiderat uiros. quia in se
cunda acie consistit in medio. Cohors nona habet pedi
tes. d. lv. Equites. lxxvi. Cohors decima habet pedites. d.
lv. Equites. lxxvi. & ipsa bonos colueuit accipe bellatores
quia sicut in scda acie sexta dextz. ita decima sinistrum
possidet cornu. lis decē cohortib) legio plena fundatur
que hz pedites. vi. milia. cv. Egtes. dcc. xxvi. Minor itaq;
numerus armatoz in unaqua; legione esse non debet.
Maiores aut consueuit esse: & non tm una cohortem sed

etia alias miliarias si fuerit iussa suscipe. Tribunus maior
per epam sacram Impatoris iudicio destinatur. Minor
tribunus puenit ex labore tribun). Tribunus aut uocat
ex tribu qa praest militibus quos ex tribu primus Ro/
mulus legit. Ordinarii dicuntur qui in prelio primos or/
dines ducunt. Aquiliferi qui Aquila portant. Imagina
rii qui Impatoris imagines ferunt. Optiones ab optan/
do appellati/ q ante cedentibus egritudine peditis/ bi
tanq; adoptati/ cu eoz uicario solent uniuersa curare. Sig
niferi qui signa portant/ quos nunc Draconarios uocat.
Tesserarii qui tesseras per contubernia militu nuntiat.
Tessera aut dicitur preceptu ducis quo uel ad aliquod
opus uel ad bellu mouetur exercitus. Torquarii dupla/
res. Torquarii simplices qbus torquis aureus solius uir/
tutis premiu fuit/ quem qui meruisset preter laudem in
terdu duplaz cosequebatur annonam. Item primus basta
tus duas centurias idest. cc. hoines ducebat in acie scda
que nuc ducentariu uocat. Princeps aut prime cohor/
tis Centurio leuis hoc est. cl. hoines gubernat. Sic deez
centuriis regebant: qbus magne utilitates/ et magnus ho
nor a ueteribus est constitutus: ut ceteri milites ex tota le
gione oi labore ac deuotoe cotenderent ad tanta pnia
puenire. Erant et centuriones q singulas ceturias curabat
q nunc cetenarii noiantur. Erant Decani. x. militibus pre
positi/ q nunc caput cotubernii uocant. Scda cohors hz
centuriones. v. Similiter tertia & quarta usq; ad decima co
hortē. In tota aut legione erat centuriones. lxxvi. Sed lega
ti Imp. ex consulibus ad exercitus mittebant/ qbus legio
nes & auxilia uniuersa obtabant in ordinatoe pacis ul
necessitate belloz: in quoz locum illustres uiros constat
mgros militum substitutos/ a qbus no tm binz legiones
sed et plures numero gubernant. Propri aut iudex erat
pfectus legiois hns comitiua pmi ordis dignitate/ q ab
lete legato/ tanq; uicari) ipsius ptaez maximā retinebat

centurie legendu uidet ex uergetio
libro. 2. capite. Nomina eoru qui
antiquos ordines ducebant. & in
dentur deesse uerba aliqua ex eodem
libro

Maiores tribunus

Minor tribunus

Tribunus

Ordinarii

Aquiliferi

Imagina

Optiones

Signiferi

Draconarios

Tesserarii

Tessera

Torquarii

plures

Torquarii

plures

primi ha

Ducetores

Centurio

Centurio

Centenari

Decani

Praefectus

legioni

Tribuni uel Centuriones ceteriq; milites eius precepta seruabant uigiliarum siue professionis. Tesseras ab eodem petebat. Si miles crimen aliquod admisisset auctoritate Prefecti legionis a Tribuno deputatur ad poenam. Arma omnium militum/ item equi uestes & annona ad curam ipsius pertinebant. Disciplina seueritas exercitus non solum peditum sed & equitum legionariorum precepto eius quotidie curabatur. Primum signum totius legionis est Aquila/ quam Aquilifer portat. Dracones etiam per singulas cohortes a Draconariis feruntur ad prelium. Sed antiqui qui sciebant in acie commisso bello celeriter ordines aciesq; turbari atq; confundi/ et ne hoc posset accidere/ cohortes in centurias diuiserunt. & singulis Centuriis singula uexilla constituerunt/ ita ut ex qua cohorte uel quota esset Centuria in illo uexilio litteris esset ascriptum: quod intuentes uel legentes milites in quemuis tumultum a contubernaliis suis oberrare non possent. Centuriones insuper qui nunc Centurii uocantur/ nimium bellicosas loricas/ transuersis cassidem cristis/ ut a suis facilius noscerentur/ habebant/ quiq; singulas gubernare iusserunt cateruas/ ut nullus existeret error. Cum cuncti milites sequerentur non solum Vexillum suum/ sed etiam Centurionem/ qui signum habebat in galea. Rursus ipsae centuriae in contubernia diuisae sunt/ ut decem militibus sub uno papillone degentibus unus quasi praefectus decanus/ qui caput Contubernii nominatur. Contubernium autem Manipulus uocabatur/ ab eo quod coniunctis manibus pariter dimicabant. Quemadmodum inter pedites Centuria uel Manipulus appellatur/ ita inter eques Turma dicitur/ & habet una Turma eques. xxxii. Huic qui praest/ Decurio nominatur. Pedites qui decem decibus Centuriae praerant/ ab uno Centurione sub uno uexillo gubernantur. Similiter. xxxii. equites ab uno de

gla
milifer
racones
raconarij

centuriones
centurij

contubernia
Manipulus

Turma

Decurio

curione sub uno uexillo reguntur. Praeterea centurio eligendus est/ qui sit magnis uiribus & procera statura/ qui hastas uel missilia pariter iaculetur & fortiter. Similiter eligendus est Decurio qui turmae equitum preponitur/ in primis habili corpe/ ut loricatedus & armis circumdatus/ omnibus/ cum summa admiratione equum possit ascendere/ equitare fortissime/ conto sciēter uti/ sagittas doctissime mittere/ turmas suos/ id est sub cura sua eques positos erudire ad omnia quae equestris pugna deposcit. Nunc quomodo instruenda sit acies si pugna immineat/ declaratur unius legionis exemplo/ quod si usus exegerit/ transferri possit ad plures. Equites locantur in cornibus. Acies peditum a prima cohorte incipit ordinari in cornu dextro: huic cohors secunda coniungitur. Tertia cohors in media acie collocatur: huic annectitur quarta. Quinta uero cohors sinistram suscipit cornu/ sed ante signa/ & circa signa/ necnon etiam in prima acie dimicantes principes uocabant/ hoc est ordinarii. Ceteriq; principales/ haec erat grauis armatura/ quae habebat cassides/ Cataphractas/ ocreas in cruribus/ scuta/ gladios maiores quos spathas uocant & alios minores quos semispathas nominant: plumbas quinas positas in scutis/ quas primo impetu iaciunt. Item bina missilia unum maius/ ferro triangulo unciarum nouem/ hastili pedum quinque semis/ quod pilum uocabant: nunc spiculum dicitur/ ad cuius iactum exercebantur praecipue milites/ quod arte & uirtute directum & et scutatos pedites et loricatedos equites sepe transuerberat. Aliud minus/ ferro uncias quinque/ hastili trium pedum semis/ quod tunc uerriculum nunc uerutum dicitur. prima acies principum/ secunda hastatorum armis talibus dicitur instructa: Sed in secunda acie dextro cornu cohors sexta ponebatur/ cui iungebatur septima. Octaua cohors mediam aciem tenebat/ nona comitante. Deci/

5
Decurio

Turma

Cohortium
positio

Spathae

Pilum

Spiculum

Verrutum

Verutum

principes

rohaftati

rentarij

cutati

Hysperae
spathae

Pila

fustibalus

ma cohors in secunda acie semper obtinet cornu. Instru-
tionis uero lex est/ut in primo ordine exercitati/ & ue-
teres milites collocentur/quos antea principes uocabat
In secundo ordine circūdati cataphractis/ & optimi mi-
lites cū spiculis uel lanceis ordinētur/quos probaltatos
uocabant. Inter ordinem a tergo uallatū sex pedes dis-
tare uoluerunt/ut haberent pugnantē spatium accedēdi
atq; recedēdi: Vehementius enim cum saltu cursuq; te-
la mittuntur. In his duobus ordinibus etate maturi & usu
confidentes/ & muniti grauioribus armis collocantur.
Hi .n. ad uicem muri nec cedere/ nec sequi aliū debent
& turbentur ordines/ sed aduersarios uehementes exci-
pere/ & stando/ pugnandoq; repellere uel fugare. Terti-
us ordo disponitur de armatis uelocissimis: de sagictari-
is iuuenibus/ de bonis iaculatoribus/quos antea ferenta-
rios nōiabant. Quartus aut ordo constituitur de scuta-
tis expeditissimis: de sagictariis iuniorib; / de iis qui ala-
criter se agūt uerutis uel martiobarbulis/ quas plūbatas
nōiant/ qui dicebantur leuis armaturae. Sciendū est ergo
stantibus primis ordinibus/ tertiu & quartum ordinem
ad prouocandū cum missilibus & sagictis primo loco
semp exire: qui si hostes in fugam uertere poterunt/ ipsi
cū equitibus persequuntur. Si uero ab hostibus pulsi fu-
erint/ redeunt ad primā & secundam aciem/ & inter ip-
sas recipiunt se ad loca sua. Prima aut et secūda acies cū
ad hisperas id est spathas & pila ut dicitur uentum fue-
rit/ totum sustinent bellum. In quinta acie ponebātur ba-
listarii/ funditores/ tragularii/ fustibulatores qui fustiba-
lis lapides iaciūt. Fustibalus est lōgus pedibus quatuor
cui per medium ligatur funda de corio/ & utraq; manu
impulsus/ prope ad instar onagri dirigit saxa. Sextus or-
do post omnes a firmissimis & scutatis & omni genere

armorū munitis bellatores tenebantur/ quos antiqui
Triarios appellabant. Hi ut quieti & integri acius in
uaderent hostes/ post ultimas acies sedere consueuerant
Sed siquid in primis ordinibus accidisset/ de eorum
uiribus reparationis spes tota pendeat. Omnes aut lig-
nariū uel signiferi/ quos pedites sint/ loricas minores acci-
piebant/ & galeas ad terrorem hostium/ ursinis pellibus
tectas. Centuriones uero habebant cataphractas et scuta
& galeas ferreas/ transuersis & argentatis cristis/ ut facili-
us agnoscerentur a suis. Illud autem sciendum est/ & mo-
dis omnibus retinendum/ qd commisso bello prima ac-
secunda acies stabat immota. Triarii quoq; relidebant.
Ferentarii aut armaturae leuis & sagictarii & funditores
aduersarios prouocabant: ante aciem procedentes/ si ho-
stes fugare poterant/ sequebātur: sed si eorum uirtute ac-
multitudine premebantur reuertebātur ad suos & post
eos stabant. Excipiebat autem prelium grauis armatu-
ra & tanq; murus ut ita dicam/ ferreus stabat: & non solū
missilibus sed etiam gladiis cominus dimicabant: Et si
hostes fugassent/ nō sequebatur grauis armatura ne aci-
em suam ordinationemq; turbaret/ & dispersos recurrē-
tes hostes incompositos opprimeret sed leuis armatura
cum funditoribus sagictariis & equitibus fugientes se-
quebatur inimicos. Hac dispositione ac cautela sine pe-
riculo legio uincebat aut superata seruabatur incolumis
Quia Legionis uis est facile nec fugere nec sequi: Sed
ne milites aliquando in tumultu prelii a suis contuber-
nalibus oberrarent diuersis cohortibus diuersa in scutis
signa pingebant. Preterea in aduerso uniuscuiusq; mili-
tis erat nomen litteris ascriptum addita ea ex qua essent
cohorte qua ue Centuria. Ex his autem apparet legione
bene institutam/ quasi inuictissimaz esse ciuitatem / que

4
Triarii

Cataphra-
ctae

Ordo in
committere
do praed



Tubicines

Cornicines

Buccinatores

Classarii

omnia praelio necessaria secum ubique portaret. Nec metueret repentinum hostium superuentum/que etiam in medijs campis subito fossa ualloque muniret. Habet preterea legio Tubicines. Cornicines. buccinatores. Tubicines ad prelium uocant milites et rursus receptui canunt. Cornicines quotiens canunt non milites sed signa ad eorum obtemperant nutum. Ergo quotiens ad aliquod opus exituri sunt soli milites Tubicines canunt: quoties mouenda sunt signa Cornicines canunt. Classarii autem appellantur Buccinatores qui cornu ducunt exercitum hoc insigne uidetur imperii/quia classicum canit in parte presente uel cum in militem capitaliter aduertitur. Hoc enim ex imperialibus legibus fieri necesse est. Siue ergo ad uigilias uel ad gratias faciendas siue ad opus aliquod uel ad cursionem campi exeunt milites/tubicine uocante operantur. Rursus Tubicine admonente cessant. Cum autem mouentur signa/aut iam mota figenda sunt: Cornicines canunt. Quod ideo in omnibus exercitijs & processibus custoditur ut in ipsa pugna facilius obtemperent milites siue eos pugnare siue stare siue sequi uel redire precipiunt Duces. Siquidem ratio manifesta est/semper in acie debere fieri quod necessario faciendum uidetur in prelio. De singulis centurijs quaterni equites & quaterni pedites excubium nocte faciunt. Et quia impossibile uidebatur in speculis uigilantes singulos permanere/ideo in .iiii. partibus ad desides sunt diuise uigilie/ut non amplius quam tribus horis nocturnis necessarium sit uigilare. A tubicine omnes uigilie committuntur/ & finitulis horis a cornicine reuocant. Constructa acie peditem egres ponuntur in cornibus/ita ut loricati omnes & connecti iuncti sint pedibus. Sagittarii autem uel qui loricali non habent/longius euagetur a fortioribus namque equibus

5
peditem protegenda sunt latera/ & a uelocioribus atque ex peditis hostium cornua semper fundenda atque turbanda. Scire dux debet contra quos hoc est globos hostium/quot equites oporteat poni. Nam nescio qua occultatione/immo pene diuina/alii contra alios dimicant melius/ & qui fortiores uicerant/ab inferioribus sepe uincuntur: Quod si equites impares fuerint/more ueterum/uelocissimi cum scutis leuibus pedites ad hoc ipsum exercitati/uisdem miscendi sunt/quos ex peditos quasi uoluitantes uelites nominabant. Quo facto/quis fortissimi equites hostium euenerint/tamen aduersus mixtum agmen pares esse non possunt. Vnum hac remedium omnes duces ueteres inuenerunt/ut asuescere facerent iuuenes currentes egregie/ & inter binos equites singulos ex his pedites collocarent cum leuioribus scutis/gladijs/atque missilibus. Elephanti in prelijs magnitudine corporis/ barriti horrore/forme ipsius nouitate / homines equosque conturbant. hos contra Romanum exercitum primus in Lucania rex Pyrrhus eduxit: postea Hannibal in Africa: rex Antiochus in Oriente: Iugurtha in Numidia copiosos habuerunt/aduersus quos diuersa cogitarunt genera armatorum. Nam Centurio in Lucania/gladio manum quem promuscidem uocant/uni abscondit: & bini cataphracti equi iungebantur ad currum/ quibus insidentes/ancle nassarissas/hoc est longissimos contos in elephantos dirigebant. Alii contra elephantos cataphractos milites immiserunt / ita ut in brachijs eorum uel in cassidibus uel humeris aculei ingentes ponerentur ex ferro / ne Elephas bellator contra se uenientem posset apprehendere. Precipue tamen antiqui uelites aduersus elephantes ordinauerunt. Velites autem erant iuuenes/leui armatura/corpe alacri/ qui ex equis optime missilia dirigebant. hi equis precurrentibus ad latiores

Velites dicitur
quasi uoluitantes

Elephanti

Pyrrhus
Hannibal
Antiochus
Iugurtha

Velites quoque

lanceas uel maiora spicula beluas occidebant: Sed cre-
scēte audacia/postea collecti plures milites/pariter pila
id est missilia in elephantes congerebant/ eosq; uulneri-
bus elidebant. illud additū est ut funditores cum fusti-
balis/ & fundis/ rotūdis lapidibus destinatis in illos per-
quos regebantur elephantes/ cū ipsis curribus affligerēt
atq; nutarent/ quo nihil tutius inuenitur: postea uenien-
tibus beluis quasi irrupissent aciem spatium milites da-
bant/ quę cum in agmen medium peruenissent circum-
fusis undiq; armatoꝝ globis a magistris militum absq;
uulneribus capiebantur illęsi. Sed optima ratio est/ & ad
uictoriam plurimū confert/ ut lectissimos de peditibus
equitibusq; cū uicariis/ comitibus tribunisq; uacantibus
habeat dux post aciem in subsidiis preparatos. alios cir-
ca cornua/ alios circa mediū ne sicubi hostis uehemē-
ter insistit/ ne rumpatur acies/ prouolent subito/ & sup-
pleant loca/ additaq; uirtute/ inimicorum audaciam frā-
gant. Huius cautelam primi lacones inuenerunt imitati
Carthaginenses. Alteram post hęc ubiq; seruarunt: hac
dispositione nulla melior inuenitur: Nam directa acies
hoc solum agere debet/ aut petere ut hostem repellat/
aut fundat. Si cuneus sit agendus aut forfex/ superfluos
habere debet/ de quibus cuneū forficēq; faciens du-
cenda sit grauitex abundantiis ducitur. Nam si de
loco suo ordinatum militem transferre ceperis/ uniuersa
turbabis. Quod si bellatoꝝ copia tibi non abundat/
melius est habere aciem breuiorem/ dum modo in sub-
sidiis colloces plurimos. Cum explorator hostiū laten-
ter oberrat in castris/ omnes ad tentorium suum per di-
em redire iubeantur: statim deprehenditur explorator.
Cum consilium tuum cognoueris aduersariis proditū
dispositōem mutare te conuenit. Raro enim manet ab-
scōditum/ quod ad noticiam multitudinis iam perue-

uener
Forfex

6
nit. Quid fieri debeat tractato cum multis: Quid uero
facturus sis/ cum paucissimis ac fidelissimis uel potius
ipse tecum.

Hęc Martii opis pꝛęcepta per diuersos auctorū libros
disperfa Imperator inuicte mediocritatem meā abbre-
uiare iussisti/ ne uel fastidiū nasceretur ex plurimis/ uel
plenitudo fidei deesset in paruis. Neq; enim degenera-
uit in hominibus Martius calor/ nec defectę sunt terre/
quę Lacędemones/ quę Athenienses/ quę Marfos/ quę
Sannites/ quę Pelignos/ quę ipsos progenuere Roma-
nos. Nonne Epiri armis plurimū aliquando ualuerunt?
Nonne Macedones ac Thessali/ superatis Persis/ usq; ad
Indiam bellando penetrarunt? Dacos autem & Mylos
& Thraces/ inter bellicosos semper fuisse/ manifestum
est: ut ipsum Martem fabulę apud eos natum esse con-
firmant. Longum est si uniuersarū prouinciarum uires
enumerare contendam/ cum omnes in Romani impe-
rii ditōne consistant: Sed longa securitas pacis homi-
nes partim ad ciuilia traduxit officia/ ita cura exercitiū
militaris primo negligentius agi: postea dissimulari: ad
postremum olim in obliuione perducta cognoscitur :-

FINIS :

Impressum Romę per Venerabilem uirum Ma-
gistrū Eucharium Silber: alias Franck. Anno do-
mini. M. cccc. lxxxvii. Septimo Idus Iunii.









UNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

GREDOSSALES



VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GEORGIS USALES